

1513 agosto 22, Verola Alghise.

Testamento del notaio Tonino Grena.

Brescia - Archivio di Stato: Notarile Brescia, filza 1964, notaio Giovanni Gatti.

Minuta autografa di Tonino Grena (anche la sottoscrizione finale).

Ediz.: inedito.

(revis.: T.C., 01.2009)

<sup>1</sup> Die 22<sup>a</sup> auost 1513

Testamentum Tonini de grena<sup>3</sup>

Cum in omnibus rebus humanis nihil sit certius morte nihil que incertius hora mortis omne namque quod est genitum tendet ad interitum IDEoque Ibi Toninus filius Magistrij [!] Iacobi de grena {habitor Virolealgisij districtus brixie}<sup>i</sup> sanus mente et intellectu licet corpore Languens cupiens et uolens suum {sine scriptis}<sup>i</sup> condere testamentum nuncupatiuum et saluti anime sue prouidere ac<sup>4</sup> de bonis suis castrensibus uel quasi castrensibus disponere et ordinare ne post eius obitum aliqua lis orirj possit Inter eius posteros In hunc modum fecit disposuit et ordinauit videlizer<sup>5</sup>

[1] Inprimis quidem animam suam Altissimo creatorj eiusque gloriose uirginj<sup>6</sup> marie ac<sup>4</sup> sancto Laurentio martirj omnibus ue sanctis celestis exercitus deuote et pie comendauit

[2] Item Iure legati reliquit Conuentui domine sancte Marie de quinzano libras tres planet pro quibus teneantur fratres dicti conuentus celebrarj<sup>7</sup> missas sancti gregorj In remedio anime sue

[3] Item dicto Iure legati reliquit comunj et hominibus terre predictae uirolealgisij libras duodecim planet de quibus dictum comune et homines tenentur ipsi testatori pro eius salario quatuor mensium videlizer<sup>5</sup> madij Iunij Iulij et augusti {Istius anni}<sup>i</sup> {ad hunc}<sup>8</sup> finum<sup>9</sup> et efectum quod si dictum Comune et homines passsi<sup>10</sup> essent aliquod dannum culpa uel necligentia ipsius testatoris<sup>11</sup> quod tamen nescit

[4] Item Iussit et uoluit dictus testator quod<sup>12</sup> Infrascriptus eius filius et heres teneatur et obligatus sit dare soluere et numerare fratri Alexandro eius fratrj et fratri Eugenio<sup>13</sup> eius filio ordinis heremitarum sancti Augustinj ducatos decem pro quolibet eorum in annis decem continuis {videlizer<sup>5</sup> quolibet anno pro rata}<sup>i</sup> incipiendus<sup>14</sup> tempore quo<sup>15</sup> dictus eius filius et heres Inceperit extrahere Instrumenta<sup>16</sup> ipsius testatoris ipsis tamen perseuerantibus in eorum religione {more}<sup>i</sup> bonj religiosi

<sup>1</sup> Nel margine in alto a sin.: «EXtractum In folio».

<sup>2</sup> Corretto da «21».

<sup>3</sup> Aggiunta posteriore.

<sup>4</sup> Corretto da «hac».

<sup>5</sup> La numerazione degli articoli è redazionale.

<sup>6</sup> Segue: «matrj.», cancellato.

<sup>7</sup> Segue: «debeant.», cancellato.

<sup>8</sup> Nel margine sin., a correzione di «adunc», cancellato nel testo.

<sup>9</sup> Scil.: «finem».

<sup>10</sup> Corretto malamente da «passum».

<sup>11</sup> Segue: «In hominibus», cancellato.

<sup>12</sup> Corretto da «qui».

<sup>13</sup> La «E» maiuscola aggiunta posteriormente.

<sup>14</sup> Scil.: «incipiendo».

<sup>15</sup> Segue: «inceperit», cancellato.

<sup>16</sup> Segue: «sua», cancellato.

[5] *Item Iussit et uoluit dictus testator quod Infrascriptus eius filius et heres<sup>17</sup> teneatur et debeat prestare alimenta condecencia domine Isabette eius uxorj toto tempore eius uite {Iuxta eius posse}<sup>i</sup> Ipsam stantem sine marito et uitam uidualem et honestam ducentem*

[6] *In omnibus autem alijs suis bonis / mobilibus<sup>18</sup> castrensibus uel quasi castrensibus maxime in<sup>19</sup> omnibus suis scripturis et Instrumentis per eum rogatis et scriptis ac etiam sibi commissis maxime Instrumentis et scripturis rogatis et scriptis per quondam Bernardinum mandellum notarium<sup>20</sup> sibi commissis ad reducendum in publicam formam<sup>21</sup> || de qua comisione constat Instrumento rogato per Magistrum Iacobum de fuschetis die et anno in eo contentis sibi heredem uniuersalem Instituit federicum eius filium legitimum et naturalem ac<sup>4</sup> sibi comisit et comittit quod<sup>22</sup> fideliter extrahere debeat dicta eius Instrumenta et scripturas*

*Item Iussit et uoluit dictus testator hoc esse suum ultimum testamentum et suam ultimam uoluntatem quod et quam ualere uoluit Iure testamenti et ultime uoluntatis et si non ualeret aut ualere posset Iure testamenti et ultime uoluntatis uult Iubet et mandat ulare<sup>23</sup> Iure codicilli uel codicilorum seu donationis causa mortis et omni alio meliorj modo Iure uia forma et causa quibus melius et ualidius fierj potuit et pot<est> de Iure*

*Actum fuit presens testamentum per suprascriptum testatorem existentem In eius lecto<sup>24</sup> in eius camera<sup>25</sup> cubicularj in domibus prefati Magistrj Iacobi eius patris In dicta terra uirolealgisij<sup>26</sup> in burgo superiorj. et publicatum per me notarium Infrascriptum anno dominj nostrj yesu xpristi anatiuitate eiusdem milesimo quingentesimo tertio decimo Indictione prima die uigesimo secundo mensis augustj presentibus uenerabile patre<sup>27</sup> domino fratre georgio [de] gattis Fratre Iacobo de patinis de quinzano ordinis fratrum minorum de obseruantia nuncupatorum Ser dominicho filio quondam Ser Iohaninj de sachettis Andriolo filio quondam Iacobj de merisis de celaticha ambobus habitatoribus Brixie Mafeo filio quondam Colle de piliparis<sup>28</sup> Francischo filio quondam Antonj de mombellis et Antonio filio petri de cenate habitatoribus dicte terre uirolealgisij testibus rogatis notis et ad hec specialiter conuocatis Aserentibus se se cognoscere suprascriptum testatorem et me notarium Infrascriptum*

*De quibus omnibus Et<sup>29</sup> singulis suprascriptis rogatus sum Ego Iohannes de gattis notarius publicus conficere Instrunentum ad laudem uirj sapientis.*

<sup>17</sup> Segue: «non posit - neque ualeat - aliquit petere», cancellato.

<sup>18</sup> Segue: «aut», cancellato.

<sup>19</sup> Segue: «ob», cancellato.

<sup>20</sup> Segue: «de qua», cancellato.

<sup>21</sup> Segue: «sibi le», cancellato.

<sup>22</sup> Corretto da «ut».

<sup>23</sup> Scil.: «ualere».

<sup>24</sup> Segue: «sito», cancellato.

<sup>25</sup> Corretto da «camere».

<sup>26</sup> Segue: «in contrata platee», cancellato.

<sup>27</sup> Corretto da «uenerabilj patrij».

<sup>28</sup> La seconda «-p-» corretta da una «-g-».

<sup>29</sup> Corretto da «ro».